



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

CLXVIII. Differentia 39. Iure Canonico propter absentiam re fieri potest
sequestratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

Iure Canonico propter absentiam rei fieri potest sequestratio: *c. Ex lit. De dolo & contum.* Secus Iure civili. *l. un. C. De prohib. sequestr.* similiter in aliis casibus secundum Canones fit sequestratio, qui in Iure civili non extant. *c. Cum dilectus. De sequestrat. possess. & fruct. Bartol. 37. Io. Bapt. à S. Blasio 85.*

l. Sequestratio necessaria, de qua sola hic, duobus modis fit, primo officio iudicis. *secundò ad petitionem unius partis, & contradictionem alterius.* Ex hæc regulariter prohibita est utroque iure ante sententiam lite pendente. iudicium enim ab executione non debet inchoari. *Andr. Gaill. l. 1. obs. 148. Glossa nihilominus in l. 1. C. De prohib. pecun. sequ.* quatuor casus enumerat, in quibus liceat: undecim verò in *c. 2. De sequest. v. sequestrari.* 1. cum quis dilapidat fructus 2. cum appellatur a mero executore, fit rei immobilis sequestratio. *l. ab executore. C. quorum appell. non recip.* 3. Cum persona à qua res mobilis petitur, suspecta est. *l. fideiussor. ff. qui satis dare cogantur.* 4. cum timetur dilapidatio. *l. Imperatores. ff. De appellat.* 5. si quis proclamet in libertatem, sequestratur res ipsius. *l. 2. C. De assert. tollen.* 6. si colonus velit possessiones conductas deserere. *l. fr. C. de agr. & cens.* 7. Cum maritus vergit ad inopiam, sequestratur dos. *l. si cum.*

dotem. ff. solu. matrim. 8. quando timetur sevitia viæ nec caveri potest *c. Litteras. De restit. spoliat.* 9. cum timetur sponsa, ne corrumpatur. *c. Cum locum. De sponsalibus.* 10. cum aliquid est oblatum ei, qui est de familia iudicis. *l. Senatus consulto. ff. De off. pres.* 11. propter contumaciam. *c. Ex litteris De dolo & contum.*

11. Ex his declarata & confirmata satis videri potest differentia hæc à *Bartolo & Io. Bapt. à S. Blasio* in medium producta. Si cui tamen lubet alios casus sequestrationum legere apud *Abb. & Iacobum Satiagum in Repetit. c. 2. De Sequestr. invenier. v. Vallens l. 2. tit. 17. Tholos. l. 23. c. 3. à num. 14. v. Vesembec. l. 16. ff. tit. 3.*

* *
*